Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Atlas minor Gerardi Mercatoris

Mercator, Gerhard

Amsterodami, 1610

Marocci regnum

<u>urn:nbn:de:bsz:31-118360</u>

Marocci Regnum.


Regio & unde dicta.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Urba.

ARS illa Barbarie, que olim Mauritania Tingitana dicta, hodie 11 Regna comprehendit, Marocsi videlicet & Fesse, de quibus nunc ordine dicendum est. Marocci regnum nomen acepit ab Vrbe primaria Marocco. Iacet inter Atlantem Monrem & Oceanum Atlanticum, Formæ pene triangularis. Amœnisima est regio, abundato; frugibus & Leguminibus omnis generis, Olco, Melle, Saccharo, fructibus omnigenis, Dactylis, Vvis, Ficubus, Pomis ac Piris variis. Armentis item ac gregibus: multæ etiam reperiuntur Capræ, quarum pelles Marocchini dicuntur: villi utilisimi funt ad pannos contexendos quos Camelottos, vulgo vocant. Rerum denique omnium quæ ad victum conveniunt, quæ naribus adblandiuntur, quæ oculos pafount, regio feracifsima eff. Ejus Provincia funt, Hea, qua ab Oriéte clauditur fluvio Efficalo, a Meridie Atlate, ad Occasium & Septentrionem Oceano: estque regio aspera, montosa, nemorosa, dives & Incolis frequens. Frumentum hic copiose non colligitur, sicut Hordeum, Milium & Panicum. Fructuum autem magna est inopis, ignava potius Incolarum focordia, quam vel Cœli vel Soli injuria. Mellis vero magna copia, quo majori ex parte velcuntur, Ceram tamen abjiciunt, ulum ejus ignorantes. Civitates pauca hic lunt, sed pagi, vici & castra munitifsima maximo numero reperiuntur. Sufa que ad Septentrionem Atlantem habet & opidum Hea, ad Ortum fluvium Sus, regio festilis, amcena, dives. Abundat frumento, Hordeo, ac legaininibus, acquibuída in locis Saccharum fatis copiofe profert, licet Incola illud, neque coquere, neque parare probe fciant: Fructus etiam alicubi proveniunt, ficus, Vvæ, Mala Perfica, & Dactyli: Oleo caret, quod tamen aliunde advectum huc defertur. Auri Metalla funt in monte Ilalemo, Pracipuum hujus regionis Opidum Tarodantum, Mauris Taurent, fatis amplum, abantiquis Africanis conditum. Domorum numerat circiter tria millia. Incolæ moribus funt civilioribus. Hic Angli, & Galli Mercatores degunt & Ferrum, Stannum, Plumbum, Saccharo commutant, Sunt & Meffa, sub quo nomine triaminorum gentium Opida continentur, unius miliaris intervallo alia ab aliis dissidentia, a veteribus Africanis ad littus Oceani condita: Teitem Civitas exstructa olim ab Africanis in pulchra planicie; cujus unum latus lambit Fluvius sus. Divisa in tres partes spatio plus minus unius miliaris distantes qua conjuncta figuram triangularem constituunt : Tedsi Civitas magna, fundata olim ab Africanis, fita in agro fertilissimo: & Tagavost omnium hujus Regionis maxima. Marocci territorium Formam refert triangularem. Ejus Fines ab Occasiu Mons Netisa, ab Ortu Mons Hadimew; qua Septentrio est in eum usque locum extenditur, ubi notifsimi Fluvii Tenfife & Afifinual conjunguntur. Est autem (leone referente) regio hæ cultissima, Armentis, Pecoribus & feris abundans. Perpetua pene planicies, Lombardiæ non admodum dissimilis; Montes fiquos habet, frigidifsimi atque fterilifsimi funt, adeo ut nihil præter Hordeum producant. In hac



MAROCCI REGNVM. 588 icolomic il impa Belta nicolomic npersonali impara, co municipali il di nora El la di In hac Vrbs eft Maroccum, quod Bocanum Hemerum Ptol.fuiffe quidam fuspicantur. Hac inter maximas totius Orbis terrarum urbes adnumerari solet. Est enim inauditæ magnitudinis: ita ut sub Principe suo Hali Iosephi Filio domus numeraret plus quam centies mille. Portas in ambitu habebat viginti quatuor: sed hac ampla quondam & celebris urbs, nunc ita frequentibus Arabum excursionibus attrita est, ut vix tertia urbis portio Incolas habeat. Sunt & in hoc territorio Vrbes alia minorum gentium Opida: Elgiumuha. Opidum exiguum, in planicie, prope fluvium Seffeva, ab Africanis conditum: Tenezza Civitas munita, olim exitructa ab Africanis in latereillius partis Atlantis quæ dicitur Gheamina; Delgumuha Civitas nova in Monte altissimo sita, Arx minipo Colum operatus, cuy min tra pionical most Amphosis magai most ma magai most ma magai most ma magai most ma magai magai ma magai ma magai ma valida; Imizmizi Vrbs ampla Scopulo infidens; Tefrast exiguum Opidum in ripa fluvii Asselmel positum; Agmet & Hanimmei. Guzzula ad Septentrionem Atlanti adhæret, ad Ortum Heæ jungitur. Mittit hæc Regio Hordeum magna copia, & pecudes innumeras, habetque Æris & ferri Fodinas. Opida hic & Arces vallo carent:pagi frequentes, ampli, divites: regio omnis Incolis referta. Duccala regio ab Occasiu a Tensifio suvio initium capit, terminatur a Septentrione Oceano, a Meridiefl. Habiel clauditur, atque ab Occidente, fluvio Hammirabith, Paucæ in hac Civitates muris cinctæ. Inter quas Azafi Civitas in Littore Oceani fira. Condiderunt bougion cam Africani : Come a Gothis & Tit ab Africanis condita ; Elmedina quase totius hujus Regionis Caput; Cen-Disposition. sopozzi Opidum exiguum; Subeit, Temaracost, Terga, Bulatinan, AZ amur, & Meramer. Hastora regio ad Septen-HERMANN, trionem Duccalæ confinis est, ad Occasum terminatur Tensisto fluvio, & ad Ortum fluvio Quadelhabu a regione acque de la constante de la co Tedeletes discluditur, Multa ad hanc regionem pertinent Opida opulentissima, populo satis numerola, ut Alemain Civitas in valle quadam quæ quatuor altis Mótibus cincta est, exstructa: quam Nobiles, Mercatores & Artifices habitant: Tagodast in cacumine Montis fita, quatuor aliis circumdata: Elgiumuba in monte altissimo condita, inter duos alios non minoris altitudinis; & Bzo Civitas antiqua in Monte admodum sublimi polita viginti circiter Milliaria Elgiumuba distans, versus Occasium. Tedles regio non adeo ampla est, ab Occasiu terminatur fluminibus Servi & Ommirabih, ad Meridiem Atlanti contiguaest: ad Septentrionem vero terminatur, ubi fl. Servi in fluvium Omirabih prolabitur, unde regio ipfa triangulari forma clauditur. Sunt in ea nonnulla Opida: Præcipuum est Tesza, ab Africanis, conditum, populo fatis frequens. Sunt & Esza, Guhneb, & alia. Præcipua Flumina hujus Regni funt Tenfift & Omirabib, qui ex Atlante Monte erumpentes in Oceanum se exone-Flumma. tant. Sed Tenfift vritur in Marocci territorio, ac plurimis augetur fluviis, inter quos magni funt Sefelmel & Niffis. Omsyabsh

MAROCCI REGNVM.

Omirabili vero scaturit inter altissimos montes, qua Tedles provincia Fessano Regno contermina est. In littore maris alibi magna Electri copia invenitur, quæ inde a Lufitanis atque aliis exteris exportatur in alias regiones, quod quidem Electrum vilissimo pretio coemunt. Multi hic Montes inter quos Nispha, Semede, Seusana &c. Quorum plerique frigidissimi atque sterilissimi sunt, adeo ut nihil præter Hordeum producant. In hoc Regno neque Templorum, neque Collegiorum, neque Hospitiorum copiam desiderabis. In urbe Marocco multa funt Templa, inter que nullum artificiosius, neque magnificentius, quam quod in medio urbis a dicto hali exstructum extat. Est & aliud ab hujus successore Abdul Miomen exstructum, & ab hujus Nepote Mansor ampliatum, multisque Columnis ex Hispania convectis opulentius redditum. Cisternam sub hoc Templo confecit, ejus magnitudinis, cujus totum est Templum: tectum Templo addidit plumbeum: fingulisque angulis addidit Canales, qui pluvialem aquam in Cisternam subjectam mittant. Turris ex lapide durissimo, quale Romanu Velpasiani est Amphitheatrum, altitudine Turrim Bononiensem in Italia superat. Gradus quibus adscenditur habent singuli novem palmos latitudinis: exterius vero muri latus decem. Septem habet hæc Turris mansiones. Huicfuperstructa alia turricula, quæ instar acus adfurgit. Hæc tres alteram alteri superpositas habet mansiones, fitque ab una ad aliam lignea scala adscensus. Siquis è summa Turri despiciat, huic Homines quamvis Staturæ procerioris, non aliter ac pueri unius anni appareant. Habet & hacturricula in summa parte ferrum quoddam Luna ornatum aurea, tres item Sphæras aureas, fic ferro infertas, ut maxima inferiorem, minima superiorem partem occupet. Est & Arx quædam munitissima in hac urbe, quæsi amplitudinem, si Muros, si Turres, si Portasex Tiburtino Marmore exstructas videris, Civitatem jure censeas. Templum habet altissima Turri ornatilsimum, in cujus fastigio Luna, atque sub hac tres inæqualis magnitudinis Sphæras aureas, quæ omnes cxxx milleaureos pendent. In hac Vrbe intra Muros Vinez, PalmæHorti spatiofi, Agrique Frumenti fœcundissimi. Nam extra Muros terram colere, frequens Arabum vetat incursio. Incolæ hujus regni alibi civiliores, alibi rudiores, & civilitatis plus satis ignari. Pane fere vescuntur hordeaceo, non fermentato, nec in furnis excocto, Montes. interdum vero cibum fibi ex Farina hordeacea Lacte & Oleo vel Butyro parant. Apud multos nullus mensa- Mores, rum & mapparum usus. Vestiuntur ferepannis ex Iana in straguli modum confectis, caput vero panniculo quo- Villus. dam ornant, remanente tamen superiore parte nuda pileum non nisi senesaut docti Viri gestant, subuculas non Vestium. habent, lectivice culcitra villosa utuntur, cui se involvunt. Barbam radere solent antequam matrimonium con-

Opera publica.

Eccciij Fassanum theight at pertinguistic doors, per templa per College, or Liofming & Actoodia, their Salatine Dr. D. and a per former or to the College of t

trahant, sed matrimonio juncti promissam gestant.

sur. Moretas las

de lie à Auss alea

etni fra Condidor

Argenis Capa; Ca Halbacago ad Septi no Qualchies 10000 nolo lata controla